



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qvalitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

274. Quid veniat nomine ejusdem Ecclesiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

de fil. presb. n. 9. Sayr. de irreg. l. 6. c. 10. n. 4. Azor p. 2. l. 6. c. 4. q. 17. Barb. p. 3. alleg. 65. num. 18. Garc. lo. cit. n. 27. & Azor apud Barb. loc. cit. de nepote illegitimo talis avi; Concilium Trident. namque paternæ, & non avitæ incontinentiæ memoriæ à loco sacro vult arcere, & sic S. Congreg. 17. Octob. 1591. amplexam fuisse hanc sententiam etsi aliàs senserit contrarium, testatur Barb. apud Castrop.

3. Neque etiam comprehenduntur Nepotes in linea collateralis, quo minus illi beneficium patrui, vel avunculi immediatè post illum (saltem si jure hereditario non succedant. Pirh. loc. cit. num. 39.) habere possunt; cum inter Collaterales non sit tanta necessitudo successione, quanta est inter filium & nepotem respectu patris vel avi. Rebuff. loc. cit. num. 30. fumitur ex cap. ex parte, de offic. delegat.

4. Multominus autem comprehenduntur illo Trident. decreto, aut etiam ratione ab illo data Patres clericis illegitimos: in filio namque illegitimo presbyteri, (cum is sit, & dicatur argumentum ambulans super terram incontinentiæ paternæ. Gloss. in cap. proposuisti, dist. 82. item filius sit imago patris, eumque repræsenter, qualiter pater non est imago filii, nec eum repræsenter) magis conservatur memoria istius incontinentiæ, quam in ipso patre, neque etiam pater ita videtur repræsenterare hereditariam successionem, dum succedit in beneficio, ut Castrop. adeoque is succedere potest in eodem filii illegitimi beneficio & decit. Rora. Garc. loc. cit. num. 28. Less. loc. cit. num. 91. Sayr. loc. cit. num. 44. Barb. loc. cit. n. 7. citans plures Fagn. in c. ex transmissa. num. 26. Castrop. loc. cit. num. 5. citans Rebuff. in pr. tit. de dispens. super defectu natalium. num. 29. Quintadv. Eccles. s. 2. n. 95. Gigas de pension. q. 86. num. 10. contra Lott. l. 2. q. 48. num. 194. cujus rationes in oppositum vide quest. post hanc. 6. uti & dicenda paulo post ex Lott. ad hoc ultimum punctum.

Questio 247. Quid veniat nomine ejusdem Ecclesie?

Respondeo: Veniunt etiam Ecclesie, licet materialiter plures, habentes tamen unum eundemque intitulum, & in quarum una, dum residet intitulus, censetur etiam residere in altera, atque ita filius illegitimus non possit obtinere beneficium in una illarum, si parens in earum aliqua habet, aut habuit beneficium, aut ministravit. Barb. loc. cit. num. 16. Garc. loc. cit. num. 75. Pass. loc. cit. num. 242. Item Ecclesia Matrix cum filialibus, si sint unitæ principaliter, ita ut intitulus in Matrice censetur etiam intitulus in filialibus, & omnium habeat administrationem, & obrinentes Ecclesias filiales tenentur ministrare in Matrice. Secus si filiales Matrici sint unitæ tantum accessorie, & eas obrinentes non teneantur ministrare in Matrice. Barb. num. 23. Garc. num. 62. Pass. num. 244. Item si plures Ecclesie alia unitæ æque principaliter, secus si accessorie, poterit enim tunc filius obtinere illam accessorie unitam, & Pater alteram, si in ista accessorie unita non ministravit. Garc. ibid. Item intelliguntur Ecclesie forores, quales dari aliquas in Hispania, ait Castrop. cit. p. 2. num. 14. in quarum una residens censetur in alia residere ex favore & privilegio Pontificis, ita ut in una earum intitulari nequeat filius illegiti-

mus, in altera pater, quia jam esset intitulus in Ecclesia, in qua pater ratione beneficii ministrare censetur, seu in qua pater censetur habere beneficium. Cast. ibid. ex Barb. ad cit. c. 15. Trident. Non tamen intelligatur Ecclesia noviter erecta ex parte alterius Ecclesie, & ab ea dismembrata; sic enim poterit filius obtinere Episcopatum noviter erectum ex parte Archi-Episcopatus, quem pater ejus obtinet, vel obtinuit. Barb. loc. cit. num. 18. Pass. num. 246.

Questio 275. Quid hic veniat nomine beneficii, & ejusdem beneficii, & habere beneficium?

Respondeo ad primum: habere stallum vel sedem in choro; hinc si pater ratione dignitatis obtinere in hac Ecclesia, habeat etiam in altera sedem in choro, filius illius illegitimus in neutra harum Ecclesiarum possit obtinere beneficium. Garc. loc. cit. c. 13. n. 66. Barb. loc. cit. n. 14. Pass. loc. cit. num. 247. Castrop. de benef. d. 4. p. 2. num. 13. quamvis is addat, hanc doctrinam non carere difficultate ob ea, quæ tradit Gonz. ad reg. 8. gl. 10. à num. 16. Item acceptum esse in Clericum Ecclesie receptitiæ, in qua recepti absque alia provisione divinis inservire, & massa communis participes esse solent. Barb. loc. cit. num. 19. Pass. n. 248. Non tamen intelligatur Capellania amovibilis; hinc obtinere potest filius beneficium in Ecclesia, cui pater ejus inservivit tanquam Capellanus amovibilis. Garc. loc. cit. num. 72. Barb. loc. cit. n. 22. Riccius lo. cit. decis. 373. Campan. rub. 11. c. 13. n. 67. neque etiam Capellania, quæ fundari solet absque auctoritate Episcopi. Barb. loc. cit. n. 24. Gonz. ad reg. 8. cancell. gl. 5. num. 33. Pass. loc. cit. num. 50. citans Castrop.

2. Respondeo ad secundum: nomine ejusdem beneficii venit etiam beneficium accessorie unitum alteri, etiam dissoluta unione, ita ut illud prius habitum à patre, habere dein nequeat à filio. Garc. loc. cit. num. 63. quod si tamen beneficium illud accessorie unitum per hanc unionem, seu accessorium naturam necessariorum administrari debet per Vicarium perpetuum aut temporalem, & non per Rectorem principalis beneficii, filium illegitimum posse obtinere hoc accessorium, etsi pater obtineat principale beneficium, eò quod sic filius neque obtineat beneficium patris, nec ministrat in eadem Ecclesia, supponendo accessorium illud esse in Ecclesia divera; tenet Castrop. de benef. d. 4. p. 2. num. 12. citans pro hoc Garc. p. 7. c. 3. num. 61. & Barb. ad cit. c. 15. Trident. & de potest. Episc. alleg. 65. num. 11. Non tamen intelligatur Canonicatus, qui tempore, quo eum pater possidebat, erat tantum portio; factum enim per hoc jam est aliud beneficium. Gonz. loc. cit. Barb. loc. cit. num. 5. Lotter. de re benef. l. 3. q. 84. nu. 210. Castrop. lo. cit. n. 15. qui tamen rectè hunc terminum adjicit: portio non beneficialis.

3. Respondeo ad tertium: per habere beneficium intelligitur quomodocumque illud possidere. Barb. loc. cit. num. 28. Pass. 252. Etsi per Procuratorem tantum sumpta possessio. Pax Jordan. l. 10. tit. 19. num. 54. Item licet nunquam in illa Ecclesia ministravit pater aut fructum aliquem percepit. Abb. in c. transmiss. de fil. presbyt. in 6. Garc. num. 36. Barb. num. 31. Item licet possessionem habue-